ne culpae, siue pro amissione gratiae, siue pro dilatione gloriae, haec tria debet habere, scilicet dolorem, pudorem et timorem: dolorem propter damnum siue incommodum ; pudorem, propter opprobrium siue inhonestum ; timorem, propter periculum siue reatum. - Ex memoria enim preteritorum oritur dolor, dum recordatur, quid omisit, quia praecepta iustitiae ; quid commisit, quia prohibita culpae ; quid amisit, quia gratuita uitae. - Ex intelligentia praesentium oritur pudor, dum attendit, ubi sit, quia longe in imo quae fuerat prope in summo ; qualis sit, quia foeda in luto quae fuerat pulcra ima-

CHAPITRE II

DE LA PRIÈRE PAR LAQUELLE LA MISÈRE EST DÉPLORÉE, LA MISÉRICORDE IMPLORÉE ET L'ADORATION MANIFESTÉE

1. Après avoir dit de quelle manière parvenir à la vraie sagesse en lisant et en méditant il faut dire, de qu'elle manière y parvenir en priant. Or il faut savoir qu'il y a dans la prière trois degrés ou parties. Le premier est la déploration de la misère ; le second, l'imploration de la miséricorde ; le troisième la manifestation de l'adoration. Nous ne pouvons pas manifester à Dieu notre culte d'adoration, sans avoir reçu de lui la grâce ; nous ne pouvons plier la miséricorde de Dieu à donner la grâce sans la déploration et l'exposition de notre misère et indigence. En effet toute prière parfaite doit avoir ces trois parties ; aucune ne suffit ni ne conduit au but parfait sans les autres, et c'est pourquoi il faut toujours conjindre les trois.

§ 1 - De la triple déploration de la misère

2. La déploration de la misère se fait à propos de toute misère, soit pour l'accomplissement de la faute, soit pour la perte de la grâce, soit pour l'éloignement de la gloire. Elle doit donc avoir ces trois choses, à savoir la douleur, la honte et la crainte : la douleur, à cause du dommage ou de l'inconvénient ; la honte à cause de l'opprobre ou de la confusion ; la crainte à cause du péril ou de l'accusation. - Du souvenir des choses passées naît en effet la douleur lorsqu'est rappelé, ce qu'elle a omis, les préceptes de la justice ; ce qu'elle a commis, les interdictions de la faute ; ce qu'elle a perdu, les grâces de la vie. - De l'intelligence des choses présentes naît la honte

go ; quae sit, quia ancilla quae fuerat libera. - Ex providentia futurorum oritur timor, dum praecogitat, [8b] quo tendit, quia *ad inferos properat gressus eius* (Prov. 5,5) ; quid occurret, quia iudicium inevitabile, iustum tamen ; quid assequetur, quia stipendium mortis aeternae.

§ 2 - De triplici imploratione misericordiae

3. Imploratio misericordiae, circa quamcumque gratiam inuocetur, debet esse cum affluentia desiderii, quod habemus a *Spiritu Sancto, qui postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus* (Rom. 8,26) ; cum fiducia spei, quam habemus a Christo, qui mortuus est pro nobis omnibus (cf. I. Petr. 2,21) ; cum diligentia implorandi subsidii, quod quaerimus a Sanctis et bonis omnibus. Primum ergo habemus a Spiritu Sancto, quia per ipsum a Patre in Filio praedestinati aeternaliter, renati in baptismo spiritualiter, congregati in Ecclesia unanimiter. Secundum habemus a Christo, qui pro nobis obtulit se in cruce in terra, *apparet uultui Dei* (Hebr. 9,24) Patris in caelo in gloria, offertur in Sacramento a matre Ecclesia ; Tertium a Sanctorum consortio, scilicet ab Angelorum ministrantium patrociniis, a Beatorum triumphantium suffragiis et a iustorum militantium meritis. Et quando haec tria praedicta concurrunt, tunc imploratur efficaciter divina misericordia.

§ 3 - De triplici exhibitione latriae

4. Exhibitio latriae, ex quacumque gratia Deus colatur, debet habere tria. Primo enim

lorsqu'elle remarque, où elle est, loin en bas, elle qui a été près du sommet ; comment elle est, souillée dans la boue, elle qui a été une belle image ; ce qu'elle est, esclave, elle qui a été libre. – De la prévision des choses à venir naît la peur, lorsqu'elle pense par avance,[8b] où elle tend, car *ses pas la conduisent rapidement en enfer* (Pr 5,5) ; à ce qui s'avance, le jugement inévitable, pourtant juste ; à ce qui s'ensuivra, un salaire de mort éternelle.

§ 2 - De la triple imploration de la miséricorde

3. L'imploration de la miséricorde, quelle que soit la grâce sollicitée, doit comporter l'abondance du désir²⁴ que nous tenons de *l'Esprit saint, qui par d'inénarrables gémissements* (Rm 8,26) *demande pour nous* la confiance de l'espérance, que nous tenons du Christ, qui est mort pour nous tous (cf. 1P 2,21) ; l'empressement pour implorer le secours, que nous demandons aux saints et à tous les bons. La première nous la tenons de l'Esprit Saint, car par lui à partir du Père dans le Fils, éternellement prédestinés, spirituellement renés dans le baptême, unanimement réunis dans l'Église. – La deuxième nous la tenons du Christ, qui, sur terre s'est offert pour nous sur la croix, qui au ciel *apparaît dans la gloire devant la face de Dieu* (He 9,24) le Père, et qui est offert dans le Sacrement par la mère Église. – La troisième nous la tenons du concours des Saints, à savoir du patronage des Anges qui servent, des suffrages des Bienheureux qui triomphent et des mérites des justes qui combattent. Et lorsque ces trois choses vont ensemble, la divine miséricorde est alors implorée efficacement.

§ 3 - De la triple manifestation de l'adoration²⁵

4. La manifestation de l'adoration, quelle que soit la grâce par laquelle Dieu est ho-

²⁴ **BONAVENTURE**, *Itinerarium mentis in Deum*, prol., n.3 (V, 295b-296a).

²⁵ **BONAVENTURE**, *De decem praeceptis*, coll. 2, n. 17 (V, 513) pour *latria* et coll. 3, n. 12 (V,

517a) pour *dulia* et *latria* ; voir aussi *Breviloquium*, p. 4, c. 5, n. 2 (V, 245b).

ob [9a] gratiam impetrandam cor nostrum debet incuruari ad Dei reuerentiam et adorationem ; secundo debet dilatari ad beneuolentiam et gratiarum actionem ; tertio debet eleuari ad complacentiam et mutuam allocutionem, quae est Sponsi et sponsae, quam docet Spiritus Sanctus in Canticis ; in qua, si recto ordine fiat, mira est exultatio et iubilation, adeo ut ducat animam in excessum et faciat eam dicere : *Bonum est nos hic esse* (Matth. 17,4). Et hic debet oratio nostra terminari, nec ante debet desistere, *donec ingrediatur locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, ubi in uoce exultationis sonus est epulantis* (Ps. 41,5).

5. Ut incurueris ad reuerentiam, admirare immensitatem diuinam et intueri modicitatem tuam. Ut dilateris ad beneuolentiam, attende benignitatem diuinam et uide indignitatem tuam. Ut eleueris ad complacentiam, recogita caritatem diuinam et considera tepiditatem tuam, ut ex huiusmodi collatione peruenias in excessum mentis.

6. Sciendum autem est, quod reuerentiam debemus exhibere Deo tripliciter ; primo sicut Patri, a quo formati, reformati, educati. Secundo sicut Domino, a quo eruti de ore inimici, redempti de carcere inferni, conducti in uineam Domini. Tertio sicut Iudici, coram quo accusati, conuicti, confessi : accusat clamor conscientiae, conuincit euidentia uitae, confitetur aspectus diuinae sapientiae ; unde contra nos de iure debet sententia proferri. Prima quidem reuerentia debet esse magna, secunda maior, tertia maxima. Unde prima est ad modum inclinationis ; secunda, ad modum genuflexionis ; tertia, ad modum prostrationis. In prima nos subiicimus, in secunda nos deiicimus, in tertia nos [9b] abiicimus. In prima paruos,

noré, doit posséder trois choses. Premièrement, [9a] pour demander la grâce, notre cœur doit être incliné dans la révérence et l'adoration de Dieu ; deuxièmement, il doit être élargi dans le dévouement et l'action de grâces ; troisièmement, il doit être élevé dans la complaisance et le colloque mutuel qui est celui de l'Époux et de l'épouse, et que l'Esprit Saint enseigne au Cantique des Cantiques ; si cela est fait en bon ordre, l'exultation et la jubilation sont merveilleuses, au point de conduire l'âme en l'extase²⁶ et de lui faire dire : *Il est bon que nous soyons ici* (Mt 17,4). Et là notre prière doit s'achever, et elle ne doit pas cesser *avant d'entrer dans le lieu de l'admirable tabernacle jusque dans la maison de Dieu, où la voix du convive éclate en un chant de joie*²⁷ (Ps 41,5).

5. Afin de t'incliner dans la révérence, admire l'immensité divine, et vois ta petitesse. Afin de t'élargir dans le dévouement, prête attention à la divine bonté et vois ton indignité. Afin de t'élever dans la complaisance, repense à la charité divine et considère ta tiédeur, afin de parvenir, par un tel rapprochement en l'extase de l'esprit.

6. Il faut savoir en effet qu'à Dieu nous devons montrer de la révérence d'une triple façon ; premièrement, en tant que Père, par qui nous avons été formés, réformés et éduqués. Deuxièmement, en tant que Seigneur, par qui nous avons été arrachés à la bouche de l'ennemi, rachetés de la prison infernale, conduits à la vigne du Seigneur. Troisièmement, en tant que Juge, devant qui nous serons accusés, convaincus et devant qui nous aurons avoué : la voix forte de la conscience accusera, l'évidence de la vie convaincra, la vue de la divine sagesse nous fera avouer ; de là vient que, selon le droit, la sentence doit être prononcée contre nous. La première révérence doit donc être grande, la seconde plus grande, la

²⁶ **Excessus**, excès, sortie de soi qui n'est pas nécessairement accompagnée de manifestations sensibles extraordinaires, mais constitue un dépassement de nos perceptions ordinaires.

²⁷ **BONAVENTURE**, - Sur la prière - cf. *De perfectione vitae ad sorores*, c. 5 (VIII, 117-120) ; *Itinerarium mentis in Deum*, c. 7 (V, 312-313).

in secunda minimos, in tertia nullos nos reputamus.

7. Benevolentiam autem simili modo debemus Deo tripliciter exhibere, scilicet magnam, maiorem, maximam : magnam, consideratione indignitatis nostrae ; maiorem, consideratione magnitudinis gratiae ; maximam, consideratione immensitatis suae misericordiae ; uel magnam pro commissis, maiorem pro dimissis, maximam pro promissis ; uel magnam pro complementis naturae, maiorem pro indumentis gratiae, maximam pro donis superabundantiae. In prima cor dilatatur siue extenditur, in secunda aperitur, in tertia effunditur, secundum illud Threnorum secundo : *Effunde sicut aquam cor tuum* (Thren. 2,19).

8. Complacentiam uero debemus Deo triplici modo exsoluere: primo, ut sic coaptetur complacentia nostra ad Deum, ut unicuique placeat, quod solus Deus placeat sibi ; secundo, ut hoc placeat, quod ipse placeat soli Deo ; tertio, ut placeat ei, quod in hac complacentia communicent ceteri. Prima est magna, secunda maior, tertia maxima. In prima est amor gratuitus, in secunda amor debitus, in tertia amor ex utroque permixtus. In prima crucifigitur mundus homini, in secunda homo mundo (cf. Gal. 6,14), in tertia crucifigitur homo pro mundo, ut pro omnibus uelit mori, ut et ipsi placeant Deo.

troisième très grande. La première comme une inclination ; la seconde comme une genuflexion ; la troisième comme une prostration. Dans la première nous nous soumettons, dans la seconde nous nous abaissons, dans la troisième nous nous [9b] anéantissons. Dans la première nous nous considérons comme petits, dans la seconde comme plus petits et dans la troisième comme nuls²⁸.

7. Nous devons donc pareillement, manifester à Dieu de la bienveillance, d'une triple façon, à savoir grande, plus grande et très grande : grande par la considération de notre indignité ; plus grande, par la considération de l'ampleur de la grâce ; très grande, par la considération de l'immensité de sa miséricorde ; ou bien grande à cause des choses commises, plus grandes à cause des choses remises, très grande à cause des choses promises ; ou bien grande à cause des compléments de la nature, plus grande à cause des vêtements de la grâce ; très grande à cause des dons de la surabondance. Dans la première le cœur est dilaté ou élargi, dans la seconde, il est ouvert et dans la troisième il est répandu, selon ce que disent les Lamentations : *Répands ton cœur comme de l'eau* (Lam 2,19).

8. Nous devons aussi montrer à Dieu de la complaisance d'une triple façon : premièrement, afin que notre complaisance envers Dieu soit ajustée de telle sorte qu'il plaise à chacun, que seul Dieu lui plaise ; deuxièmement, afin qu'il plaise à chacun de plaire à Dieu seul ; troisièmement, afin qu'il plaise à chacun que les autres participent à cette complaisance²⁹. La première est grande, la seconde plus grande, la troisième très grande. Dans la première c'est l'amour gratuit, dans la seconde l'amour dû, dans la troisième l'amour composé des deux autres³⁰. Dans la première, le monde est cru-

²⁸ BERNARD, *De diligendo Deo*, c. 10, n. 27 (PL 182, 990), (SBOp 3, 132).

²⁹ PSEUDO-BERNARD, GILBERT DE HOYLAND, *Sermones in Canticum Salomonis*, serm. 19, n. 4 (PL 184, 97B et 99BC).

³⁰ RICHARD DE SAINT VICTOR, *De Trinitate*, lib. V, c. 16 (PL 196, 961).

- Et hic est status et gradus perfectae caritatis, ante cuius assecutionem nemo debet se aestimare perfectum. Tunc autem hanc perfectionem assequitur, quando cor semper inuenit non solum uoluntarium, sed etiam auidissimum ad moriendum pro salute proximorum, secundum quod Paulus dicebat : *Ego libentissime [10a] impendam et superimpendar ipse pro animabus uestris* (II. Cor. 12,15). Ad hanc perfectam dilectionem proximi non peruenitur, nisi prius perueniatur ad perfectam dilectionem Dei, propter quem diligitur proximus, qui non est amabilis nisi propter Deum.

§ 4 - De sex gradibus dilectionis Dei

9. Et propterea ad intelligendum profectum in dilectione Dei sciendum est, quod sex sunt gradus, quibus paulatim et ordinate proceditur, ut ad perfectum perueniatur.

Primus est suauitas, ut scilicet homo discat *gustare, quam suavis est Dominus* (Ps. 33,9). Et hoc quidem fit uacando et sabbatizando ei per sanctas meditationes, quoniam secundum quod dicitur in Psalmo, *reliquiae cogitationis diem festum agent tibi* (Ps. 75,11) ; quod quidem fit, quando meditationes circa amorem Dei suauitatem pariunt in corde.

Secundus gradus est auiditas ; quando scilicet anima assuefieri coeperit circa illam suauitatem, nascitur in ea tanta esuries, ut

cifié vis-à-vis de l'homme, dans la seconde l'homme (Ga 6,14) est crucifié vis-à-vis du monde, dans la troisième l'homme est crucifié à la place du monde, afin qu'il veuille mourir pour tous, afin qu'eux aussi plaisent à Dieu. - Et là est l'état³¹ et le degré de la parfaite charité car personne ne peut s'estimer parfait avant de l'avoir atteint. Cette perfection est donc atteinte lorsqu'elle trouve toujours un cœur, non seulement volontaire, mais aussi très avide de mourir pour le salut des prochains, selon ce que disait Paul : *Pour moi, bien volontiers, [10a] je dépenserai et me dépenserai moi-même tout entier pour vos âmes* (2Co 12,15). On ne parvient pas à cette parfaite dilection du prochain, sans être d'abord parvenu à une parfaite dilection de Dieu, pour qui est aimé le prochain, qui n'est pas aimable, si ce n'est à cause de Dieu³².

§ 4 - Des six degrés de la dilection de Dieu

9. Et à cause de cela, pour comprendre le progrès dans la dilection de Dieu, il faut savoir qu'il y a six degrés par lesquels on avance peu à peu et dans l'ordre jusqu'à parvenir à celui qui est parfait³³.

Le premier degré est la suavité, de sorte que l'homme apprenne à *goûter combien le Seigneur est bon* (Ps 33,9). Et cela advient en prenant pour lui un temps sabbatique grâce à de saintes méditations, car ainsi qu'il est dit dans le psaume, *Les restes de ma pensée célébreront une fête en ton nom* (Ps 75,11) ; ce qui advient, lorsque les méditations sur l'amour de Dieu engendrent la suavité dans le cœur.

Le second degré est l'avidité ; lorsque l'âme commence à être habituée à cette suavité, naît en elle une faim si grande que rien ne

³¹ **Status** : état, terme qui caractérise une situation de stabilité, puisque la fin est atteinte.

³² **BERNARD**, *De diligendo Deo*, c. 8, n. 25 (PL 182, 988) ; **BONAVENTURE**, *III Sent.*, d. 27, a.2, q.3 et q. 4 (III, 607-611).

³³ **BONAVENTURE**, *De perfectione vitae ad sorores*, c. 7 (VIII, 124-125).

nihil possit eam reficere, nisi eum quem amat, possideat perfecte ; quod quia non potest in praesenti attingere, quia longe est, continue excedit et egreditur extra per amorem ecstaticum, clamens et dicens illud beati Iob : *Suspendium elegit anima mea et mortem ossa mea* (Iob 7,15), quoniam, *sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus* (Ps. 41,2).

10. Tertius gradus est saturitas, quae oritur ex ipsa auiditate. Quia enim uehementissime Deum desiderat et sursum fertur, iam omne, quod deorsum tenet, uertitur ei in fastidium. Vnde quasi saturata non potest refectionem inuenire in aliquo citra ipsum dilectum ; et sicut **[10b]** saturatus, si cibum sumat, potius sumendi incurrit abominationem quam refectionem : sic in hoc gradu caritatis facit anima circa omne terrenum.

Quartus gradus est ebrietas, quae oritur ex saturitate. Ebrietas autem in hoc consistit, quod quis tanto amore diligat Deum, ut iam non solum fastidiat solatium, sed etiam delectetur et quaerat tormentum pro solatio, et amore eius quam diligit, delectetur in poenis, opprobriis et flagellis, sicut Apostolus (cf. II. Cor. 12,5.10). Unde sicut ebrius se ipsum denudat sine pudore et sustinet plagas sine dolore, sic in isto intelligendum est.

11. Quintus gradus est securitas, quae oritur ex ebrietate. Ex hoc enim, quod anima sentit, se tantum amare Deum, quod libenter sustineret propter ipsum omne damnum et omne opprobrium ; iam foras mittitur timor (cf. I. Ioan. 4,18), et tantam concipit animam spem de adiutorio diuino, ut nullo modo existimet se posse separari a Deo. Et

peut la nourrir si ce n'est de posséder parfaitement celui qu'elle aime ; et parce qu'elle ne peut l'atteindre présentement, puisqu'il est loin, elle se quitte continuellement et sort au dehors au moyen de l'amour extatique, et elle s'écrie en reprenant les paroles du bienheureux Job : *Mon âme a choisi la pendaison et mes os la mort* (Jb 7,15), parce que, *comme le cerf soupire après les sources des eaux, ainsi mon âme soupire après toi, Dieu* (Ps 41,2).

10. Le troisième degré est la satiété qui naît de l'avidité elle-même. En effet puisqu'elle désire Dieu de manière très véhémement et est portée vers le haut, tout ce qu'elle tient d'en bas est déjà changé en dégoût pour elle. Voilà pourquoi, comme saturée **[10b]**, elle ne peut trouver de réfection en quelque chose en dehors du bien-aimé lui-même ; et de même que le rassasié qui prend un aliment ressent davantage l'abomination de prendre que la réfection ; c'est ainsi qu'en ce degré de charité, l'âme se comporte envers tout ce qui est terrestre.

Le quatrième degré est l'ivresse qui naît de la satiété. L'ivresse consiste donc en ceci, que quelqu'un aime Dieu d'un amour si grand qu'il trouve non seulement fastidieuse la consolation, mais qu'il se délecte aussi dans le tourment et le cherche comme consolation, et par amour de celui qu'il aime, il se délecte dans les peines, les opprobres et les coups, comme l'Apôtre (cf. 2Co 12,5.10). De même qu'un homme ivre se déshabille sans honte et endure les coups sans douleur, c'est ainsi qu'il faut comprendre en ce degré.

11. Le cinquième degré est la sécurité qui naît de l'ivresse ; en effet du fait que l'âme sent qu'elle aime tellement Dieu qu'elle supporterait volontiers à cause de lui tout dommage et tout opprobre ; la peur est déjà envoyée dehors (1Jn 4,18), et l'âme conçoit une si grande espérance au sujet de l'aide divine, qu'elle estime ne pouvoir être sépa-

in hoc gradu erat Apostolus, cum dicebat : *Quis nos separabit a caritate Christi* (Rom. 8,35) etc. *Certus sum enim, quia neque mors neque uita etc... poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro.* (Rom. 8,38-39).

Sextus gradus est uera et plena tranquillitas, in qua est tanta pax et requies, ut anima quodam modo in silentio et in somno et quasi in arca Noe collocata, ubi nullo modo perturbatur. Quis enim potest perturbare mentem, quam nullus cupiditatis stimulus inquietat, nullus timoris aculeus exagitat ? In tali mente pax est et status ultimus et quies, et ibi requiescit uerus Salomon, quoniam *in pace factus est locus eius* (Ps. 75,3). - Et ideo ualde conuenienter isti gradus significantur per illos sex gradus, quibus ascenditur ad thronum Salomonis (cf. III. Reg. 10,18 ; II. Paralip. 9,18). Et propterea [11a] dicitur in Canticis : *Ascensum purpureum media caritate construit* (Cant. 3,10), quia impossibile est ad istam tranquillitatem pertingere nisi per caritatem. Hac autem acquisita, facillimum est homini facere omne, quod est perfectionis, siue agere siue pati siue uiuere siue mori. Studendum est igitur ad proficiendum in caritate, cum profectus eius inducat perfectionem omnium bonorum, quam nobis praestare dignetur, qui uiuit et regnat in saeculo saeculorum. Amen.

§ 5 - Recapitulatio

12. Ut igitur sint ad manum praedictae differentiae, nota quod qui ad hanc perfectionem uult proficere, debet per meditationem se uertere ad stimulum conscientiae exasperando, acuendo, rectificando ; ad radium intelligentiae ipsum protendendo, di-

rée de Dieu d'aucune manière. Et l'Apôtre était en ce degré lorsqu'il disait: *Qui nous séparera de la charité du Christ ?* (Rm 8,35) etc. *J'ai l'assurance que ni la mort, ni la vie, etc... ne pourra nous séparer de l'amour de Dieu dans le Christ Jésus Notre Seigneur.* (Rm. 8,38-39).

Le sixième degré est une vraie et pleine tranquillité, en laquelle la paix et le repos sont si grands que l'âme se trouve, en quelque sorte, dans le silence, en sommeil et comme placée dans l'arche de Noé, où elle n'est aucunement troublée. Qu'est-ce qui peut en effet troubler un esprit que nul accès de cupidité n'inquiète, que nul aiguillon de peur n'agite ? Dans un tel esprit il y a la paix et l'état ultime et le repos, et là repose le vrai Salomon, puisque *sa maison a été construite dans la paix.* (Ps 75,3). - Et c'est donc d'une manière qui convient parfaitement que ces degrés sont signifiés par les six degrés par lesquels on monte au trône de Salomon³⁴ (1R 10,18 ; 2Ch 9,18). Et à cause de cela, [11a] il est dit dans le Cantique des Cantiques (Ct 3,10) : *Il a couvert les degrés de pourpre par le soin de la charité,* parce qu'il est impossible d'accéder à cette tranquillité si ce n'est par la charité. Celle-ci étant acquise, il est très facile pour l'homme de faire tout ce qui relève de la perfection, soit d'agir, soit de pâtir, soit de vivre soit de mourir. Il faut donc s'efforcer d'avancer dans la charité, puisque son avancée introduit la perfection de tous les biens ; que daigne nous l'accorder celui qui vit et règne dans les siècles des siècles. Amen.

§ 5 - Récapitulation.

12. Afin d'avoir à portée de main les différences susdites, note que celui qui veut avancer vers cette perfection, doit au moyen de la méditation se tourner vers l'aiguillon de la conscience en l'excitant, en l'affinant, en le rectifiant ; vers le rayon de l'intelli-

³⁴ BONAVENTURE, *Itinerarium mentis in Deum*, c. 1, n. 5 (V, 297b).

latando, reflectendo ; ad igniculum sapientiae, ipsum congregando, inflammando, subleuando. [11b]

Et sic per orationem primo deploret miseriam cum dolore propter damnum, cum pudore propter opprobrium et cum timore propter periculum. - Secundo imploret misericordiam cum uehementia desiderii per Spiritum sanctum, cum fiducia spei per Christum crucifixum et cum assistentia patroni, per Sanctorum suffragium. - Tertio exhibeat patriam, exhibendo Deo reuerentiam, exhibendo beneuolentiam, exhibendo complacentiam ; ut ex parte Dei praecedat admiratio diuina, quasi maior propositio, ex parte nostra sequatur consideratio, quasi assumptio ; et sic fiat patriae plena exhibitio, quasi conclusio. Qui autem sic excitauerit se continue et intente, proficiet in caritate secundum sex gradus praedictos, quibus peruenitur ad perfectionem tranquillitatis, ubi est multitudo pacis et quasi quidam finis quietis, quam Dominus reliquit Apostolis (cf. Ioan. 14,27). Vnde nota, quod Apostolus in qualibet salutatione optabat gratiam et pacem : gratiam tanquam primordiale et pacem tanquam complementum ; ad Timotheum autem interponit misericordiam, quae est utriusque principium (cf. I. Tim. 1,1). [11a]

gence, en l'étendant, le dilatant et le reflétant ; vers le rayon de la sagesse en le rassemblant, l'enflammant et le faisant monter.[11b]

Et ainsi, par l'oraison, qu'il déplore premièrement sa misère, avec douleur à cause du dommage, avec honte à cause de l'opprobre et avec crainte à cause du péril. – Deuxièmement, qu'il implore la miséricorde avec la véhémence du désir par l'Esprit Saint, avec la confiance de l'espérance par le Christ crucifié et avec l'assistance du patronage par le suffrage des saints. – Troisièmement, qu'il montre de l'adoration, en montrant de la révérence, en montrant du dévouement, en montrant de la complaisance envers Dieu ; qu'en ce qui concerne Dieu précède l'admiration divine, comme la majeure, qu'en ce qui nous concerne suive la considération, comme la mineure, et qu'ainsi advienne la pleine manifestation de l'adoration, comme la conclusion. Que celui qui se sera ainsi exercé avec continuité et intensité progresse en charité selon les six degrés susdits, par lesquels on parvient à la perfection de la tranquillité où se trouve une multiple paix et comme la fin du repos, légué par le Seigneur aux Apôtres (cf. Jn 14,27). D'où, remarque que l'Apôtre en chaque salutation souhaitait la grâce et la paix : la grâce comme primordiale et la paix comme achèvement ; s'adressant à Timothée il place entre les deux la miséricorde qui est le principe de l'une et de l'autre (cf. 1Tm 1,1).

[11a]

CAPUT III

DE CONTEMPLATIONE, QUA PERVENITUR AD VERAM SAPIENTIAM

§ 1 - Preambulum

1. Postquam diximus, qualiter ad sapientiam nos exercere debeamus per meditationem et orationem, nunc breuiter tangamus, qualiter contemplando ad ueram sapientiam peruenitur. Per contemplationem namque transit mens nostra in supernam Ierusalem, [11b] ad cuius instar est formata Ecclesia, secundum illud Exodi: *Inspice et fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte* (Exod. 25,40). Necesse est enim, Ecclesiam militantem conformari triumphanti, et merita praemiis, et uiatores Beatis, secundum quod possibile est. In gloria autem triplex est dos, in qua consistit perfectio praemii, scilicet summae pacis aeternalis tentio, summae ueritatis manifesta uisio, summae bonitatis uel caritatis plena [12a] fruitio. Et secundum hoc distinguitur triplex ordo in suprema hierarchia caelesti, scilicet Thronorum, Cherubim et Seraphim. Necesse est ergo, ut qui uult ad illam beatitudinem per merita peruenire, istorum trium similitudinem, secundum quod possibile est in uia, sibi comparet, ut scilicet habeat soporem pacis, splendorem ueritatis, dulcorem caritatis. In his enim tribus requiescit ipse Deus et inhabitat tanquam in proprio solio. Necesse est igitur, ad unumquodque trium praedictorum per tres gradus ascendere secundum triplicem uiam, scilicet purgatiuam, quae consistit in

³⁵ PSEUDO-DENYS, *De Ecclesiastica Hierarchia*, c. 1, § 2 ; cf. BONAVENTURE, *In Hexaëmeron*, coll. 20- 23 (V, 424-449).

³⁶ *Viatores*, ceux qui sont en marche vers la cité définitive, « pèlerins en ce monde ».

[11a]

CHAPITRE III

DE LA CONTEMPLATION PAR LAQUELLE ON PARVIENT À LA VRAIE SAGESSE

§ 1 - Préambule

1. Après avoir dit de quelle manière nous devons nous exercer à la sagesse par la méditation et la prière, abordons maintenant et brièvement de quelle manière on parvient à la vraie sagesse en contemplant. C'est en effet par la contemplation que notre esprit passe en la Jérusalem céleste, [11b] à l'instar de laquelle l'Église est formée selon cette parole de l'Exode : *Regarde et fais selon l'exemplaire qui t'a été montré sur la montagne*³⁵ (Ex 25,40). Il est en effet nécessaire que l'Église militante soit conformée à l'Église triomphante, les mérites aux récompenses, et les "marcheurs"³⁶ aux Bienheureux selon que cela est possible. Dans la gloire il y a une triple dotation en laquelle consiste la perfection de la récompense, à savoir la détention éternelle de la souveraine paix, la vision manifeste de la souveraine vérité, la pleine jouissance de la souveraine bonté [12a] ou charité³⁷. Et en fonction de cela, un triple ordre est distingué dans la suprême hiérarchie céleste, savoir les Thrônes, les Chérubins et les Séraphins. Il est donc nécessaire à celui qui veut parvenir à cette béatitude par les mérites, d'acquérir en chemin, autant que c'est possible, la ressemblance à ces trois [ordres] afin d'avoir le sommeil de la paix, la splendeur de la vérité et la douceur de la charité. En effet, c'est en ces

³⁷ BONAVENTURE, *IV Sent.*, d. 49, p. 1, q. 5 (IV,1008-1010) ; *Breviloquium*, p. 7, c. 7 (V,288b-291) ; *In Hexaëmeron*, coll. 20, n. 10 (V,427a).

expulsione peccati ; illuminatiuam, quae consistit in imitatione Christi ; unitiuam, quae consistit in suceptione Sponsi, ita quod quaelibet habet gradus suos, per quos incipitur ab imo et tenditur usque ad summum.

§ 2 - De septem gradibus, quibus peruenitur ad soporem pacis.

2. Gradus autem perueniendi ad soporem pacis sunt isti septem.

Nam primo occurrit pudor in recordatione flagitii, et hoc quantum ad quatuor, scilicet quantum ad magnitudinem, multitudinem, turpitudinem, ingraturdinem.

Secundo, timor in circumspectione iudicii, et hoc quadruplicis, scilicet dissipationis operis, exaecationis rationis, obdurationis uoluntatis, condemnationis finalis.

Tertio, dolor in aestimatione damni, et hoc secundum quatuor, scilicet quantum ad amissionem diuinae amicitiae, perditionem innocentiae, uulnerationem naturae, dissipationem uitae praeteritae.

Quarto, clamor in imploratione subsidii quadruplicis, scilicet Dei Patris, Christi Redemptoris, Virginis Matris, Ecclesiae triumphantis.

Quinto, rigor in extinctione fomitis siue incentiui quadruplicis, scilicet ariditatis, quae est [12b] desidia, peruersitatis, quae est malitia, uoluptatis, quae est concupiscentia, uanitatis, quae est superbia.

trois choses que Dieu lui-même repose et habite comme en son propre siège. Il est donc nécessaire, de monter à chacune des trois choses susdites par trois degrés selon une triple voie, à savoir purgative, qui consiste dans l'expulsion du péché ; illuminative qui consiste dans l'imitation du Christ ; unitive qui consiste dans l'accueil de l'Époux, de sorte que chacune ait ses degrés, au moyen desquels on commence à partir du bas et on tend jusqu'en haut.

§ 2 - Des sept degrés par lesquels on parvient au sommeil de la paix.

2. Les degrés pour arriver au sommeil de la paix sont les sept suivants :

Premièrement, se présente en effet la honte dans le rappel de l'ignominie, et cela quant à quatre choses, à savoir quant à la grandeur, à la multitude, à la turpitude, à l'ingratitude.

Deuxièmement, la crainte dans la vision du jugement, et celle-ci est quadruple, à savoir de la dissipation de l'activité, de l'aveuglement de la raison, de l'endurcissement de la volonté, de la condamnation finale³⁸.

Troisièmement, la douleur dans l'évaluation du dommage, et cela selon quatre aspects, à savoir quant à la privation de l'amitié divine, à la perte de l'innocence, à la blessure de la nature, à la dissipation de la vie passée.

Quatrièmement, le cri dans l'imploration d'une aide quadruple, à savoir de Dieu le Père, du Christ Rédempteur, de la Vierge Mère, de l'Église triomphante.

Cinquièmement, la rigueur dans l'extinction d'un quadruple incitateur, à savoir celui de l'aridité qu'est [12b] la paresse, de la perversité qu'est la méchanceté, de la volupté qu'est la concupiscentia, de la vanité qu'est la superbe³⁹.

³⁸ **BONAVENTURE**, *De donis Spiritus Sancti*, coll. 2, n. 10, 11 (V, 465a).

³⁹ **BONAVENTURE**, *De triplici via*, c. 1, n. 9 (VIII, 5).

Sexto, ardor in appetitione martyrii, et hoc propter quatuor, scilicet propter perfectionem remissionis offensae, propter perfectionem purgationis maculae, propter perfectionem satisfactionis poenae, propter perfectionem sanctificationis in gratia

Septimo loco sequitur sopor in obumbratione Christi, ubi status est et requies, dum homo sentit, se protegi sub umbra alarum diuinarum (cf. Ps. 16,8 ; 60,5), ut non uratur ardore concupiscentiae nec timore poenae ; ad quod non potest peruenire nisi per appetitionem martyrii ; nec ad appetitionem martyrii nisi extinxerit incentiuum ; nec ad hoc, nisi implorauerit subsidium ; nec ad hoc nisi deploret damnum suum ; nec ad hoc, nisi timeat diuinum iudicium ; nec ad hoc, nisi recordetur et erubescat flagitium. Qui uult ergo habere pacis soporem, procedat secundum praeassignatum ordinem.

§ 3 - De septem gradibus, quibus peruenitur ad splendorem ueritatis

3. Gradus perueniendi ad splendorem ueritatis, ad quem peruenitur per imitationem Christi, sunt hi septem, scilicet assensus rationis, affectus compassionis, aspectus admirationis, excessus deuotionis, amictus (cf. Rom. 13,14 ; Gal. 3,27) assimilationis, amplexus crucis, intuitus ueritatis ; in quibus hoc ordine progrediendum est.

Primo considera, quis est qui patitur, et eadem subdere per rationis assensum, ut credas firmissime, Christum ueraciter esse Dei Filium, omnium rerum Principium, Saluatorem hominum, Retributorem meritorum omnium.

Sixièmement, l'ardeur dans le désir du martyre⁴⁰, et cela à cause de quatre choses, à savoir à cause de la perfection du pardon de l'offense, à cause de la perfection de la purification de la tache, à cause de la perfection de la satisfaction de la peine, à cause de la perfection de la sanctification dans la grâce.

En septièmement lieu, suit le sommeil à l'ombre du Christ, où est l'arrêt et le repos, lorsque l'homme sent qu'il est protégé à l'ombre des ailes divines (cf. Ps 16,8 ; 60,5) de sorte qu'il n'est brûlé ni par l'ardeur de la concupiscence ni par la crainte de la peine ; ce à quoi il n'est pas possible de parvenir sinon par le désir du martyre ; ni au désir du martyre sans éteindre l'excitant ; ni à cela sans avoir imploré l'aide ; ni à cela sans déplorer son dommage ; ni à cela, sans craindre le jugement divin ; ni à cela, sans se rappeler l'ignominie et en rougir. Celui donc qui veut avoir le sommeil de la paix, qu'il avance selon l'ordre exposé ci-dessus

§ 3 - Des sept degrés par lesquels on parvient à la splendeur de la vérité

3. Les degrés pour parvenir à la splendeur de la vérité, à laquelle on parvient par l'imitation du Christ, sont les sept suivants, à savoir l'assentiment de la raison, le sentiment de compassion, le regard d'admiration, l'excès de dévotion, le vêtement (cf. Rm 13,14 ; Gal 3,27) de l'assimilation, l'embrassement de la croix, l'intuition de la vérité. En ceux-là il faut avancer dans l'ordre suivant :

Premièrement, [considère], qui est celui qui pâtit, et soumet-toi à lui par l'assentiment de la raison, afin de croire très fermement que le Christ est véritablement le Fils de Dieu, le Principe de toutes choses, le Sauveur des hommes, le Rémunérateur de tous les mérites.

⁴⁰ BONAVENTURE, *De triplici via*, c. 2, n. 8 (VIII, 9) ; cf. E. RANDOLPH DANIELS, "The Desire

for Martyrdom : A Leitmotiv of St. Bonaventure", in *Franciscan Studies* 32 (1972) 74-87.

Secundo, qualis est qui patitur, et ei coniungere per compassionis affectum, ut compatiaris innocentissimo, mitissimo, nobilissimo et amantissimo. [13a]

Tertio quantum est qui patitur, et ad ipsum egredere per admirationis aspectum et attende, quod immensus est potestate, speciositate, felicitate, aeternitate. Admirare igitur immensam potestatem annihilari, speciositatem decolorari, felicitatem tormentari, aeternitatem mori.

Quarto, qua de causa patitur, et te ipsum obliuiscere per deuotionis excessum, quia scilicet patitur pro tua redemptione, illuminatione, sanctificatione, glorificatione.

Quinto, quali forma patitur, et Christum induere per assimilationis studium. Passus est enim libentissime respectu proximi, seuerissime respectu sui, obedientissime respectu Dei, prudentissime respectu aduersarii. Stude igitur ad habendum habitum benignitatis ad proximum, seueritatis ad te ipsum, humilitatis ad Deum, perspicacitatis contra diabolum, secundum effigiem imitationis Christi.

Sexto, attende, quanta sunt quae patitur, et crucem amplectere per passionis desiderium, ut, sicut passus est uincula ut impotens omnipotentia, conuitia ut uilis bonitas, ludibria ut stultus sapientia, supplicia ut iniquus iustitia ; sic et tu desideres passionem crucis, hoc est passionem plenam iniuriis in rebus, conuitiis in uerbis, ludibriis in signis, suppliciis in tormentis.

Septimo considera, quid ad hoc consequitur, quod patitur, et ueritatis radium intueri per contemplationis oculum : quoniam ex hoc, quod Agnus passus est, septem signa-

Deuxièmement, [considère] quel est celui qui pâtit, et unis-toi à lui par un sentiment de compassion, afin de pâtir avec le très innocent, le très doux, le très noble et le très aimant. [13a]

Troisièmement, [considère] combien grand est celui qui pâtit, et élève-toi vers lui par un regard d'admiration et sois attentif au fait qu'il est immense par la puissance, la beauté, la félicité et l'éternité. Admire donc que l'immense puissance est annihilée, la beauté défigurée, la félicité tourmentée, l'éternité mise à mort.

Quatrièmement, [considère] la raison pour laquelle il pâtit, et oublie-toi toi-même par un excès de dévotion, puisqu'en effet, il pâtit pour ta rédemption, ton illumination, ta sanctification et ta glorification.

Cinquièmement, [considère] la forme sous laquelle il pâtit, et revêts le Christ par un effort d'assimilation. En effet, il a souffert très volontiers par rapport à autrui, très durement par rapport à lui-même, en totale obéissance par rapport à Dieu, très prudemment par rapport à l'adversaire. Efforce-toi donc de posséder une disposition de bénignité envers le prochain, de sévérité envers toi-même, d'humilité envers Dieu, de perspicacité à l'encontre du diable, selon le modèle d'imitation, le Christ.

Sixièmement, considère attentivement le nombre des choses qu'il a pâties, et embrasse la croix par le désir de la passion, afin que, de même qu'il a enduré les chaînes en tant qu'impuissante toute-puissance, les injures en tant que vile bonté, les moqueries en tant que sottise sagesse, les supplices en tant qu'inique justice, tu désires, toi aussi, endurer la peine de la croix, c'est-à-dire une peine remplie d'injustices dans les choses, d'outrages dans les paroles, de moqueries dans les attitudes, de supplices dans les tourments.

Septièmement, considère, ce qui s'ensuit de ce qu'il a pâti, afin d'appréhender le rayon de la vérité par l'œil de la contemplation : car du fait que l'Agneau a souffert,

cula libri aperta sunt, Apocalypsis quinto (Apoc. 5,5). Liber iste uniuersalis rerum notitia, in qua septem erant clausa homini, quae quidem sunt per passionis Christi efficaciam reserata, scilicet Deus admirabilis, spiritus intelligibilis, mundus sensibilis, paradus desiderabilis, infernus horribilis, uirtus laudabilis, reatus culpabilis.

4. Primo igitur Deus admirabilis per crucem manifestatus est esse summae et imper-scrutabilis sapientiae, summae et irreprehensibilis iustitiae, [13b] summae et inenarrabilis misericordiae. Summa enim sua sapientia decepit diabolum, summa iustitia quaesiuit redemptionis pretium, summa misericordia pro nobis tradidit Filium ; quae si diligenter considerentur, Deum nobis clarissime manifestant.

